



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Item de prædestinatione. xxxviii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARD. EPIS. VVORMA

cepto diuino, ita penè deputatio, causa est peccati perpe
tratio, & postea pro peccato nulla digna sarisfactio.

Item de prædestinatione. Cap. XXXVII.

Ex dictis Ambro. **E**T scriptura dicit: Considera opera domini: quia non
potest corrigere, quem ille despicerit.

Item de prædestinatione. Cap. XXXIX.

Ex dictis Auguft. **N**EMO qui bene credit in Deum, dubitat præficien
tia illius cœlum, terramq; contineri, mundumq; pr
udentia diuina regi. Et sicut nihil latet sapientiam eius,
ita dispositio illius vniuersa moderatur & regit. Sic enim
nulla est creatura occulta, in conspectu illius.

Decreatione angelorum. Cap. XL.

Idem. **I**N principio creauit Deus cœlum & terram, & aquam
ex nihilo, & cum aquam ipsam adhuc tenebra occul
tarent, & aquam terra absconderet, facti sunt angelij, & o
mnes cœlestes virtutes, ut non esset ociosa Dei bonitas, sed
haberet in quibus per multa ante spacia bonitatem suam
ostenderet: & ita hic visibilis mûdus ex his quæ creata fu
rant, factus est, & ornatus.

Quod nihil sit incorporeum, et inuisibile præter
solum Deum. Cap. XLI.

Idem. **N**ihil incorporeum, & inuisibile in natura credendū,
quia nisi solum Deum. Qui ideo incorporeus creditur:
quia ubique est, & omnia implet, atq; constringit. Ideo in
uisibilis omnibus creaturis est, quia incorporeus est.

Quod omnis creatura sit corporea. Cap. XLII.

Idem. **C**reatura omnis corporea, Angeli, & omnes cœlestes
virtutes corporeæ, licet non carne subsistant. Ideo
autem corporeas esse credimus intellectuales naturas, quo
niam localiter circunscribuntur, sicut & anima humana,
quæ carne clauditur, & dæmones qui substantia angelicæ
naturæ sunt.

Quod omnes intellectuales naturæ immortales sint. Cap. XLIII.

Idem. **I**Mmortales esse credimus intellectuales naturas, que
carne carent, nechabent quod cadat, ut resurrectione
egeat post ruinam.